Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mortem portatus non se defendit siue expolietur
uellere siue pelle non etiam plorat non clamat
non murmurat non recalcitrat sed pio vultu su-
um respicit occisorem quasi eum ferret ad
pastua. Canis quicumque a domino uerberatur et
clamoribus prouocatus nullam vindictam exquirit
nec minus fideliter sui domini bona custodit sed
tamen si passus nil fuerit uocatus a domino statim redit
et cum eo ludit et hylarem faciem ut prius osten-
dit. E quibus exemplis omnibus valde impacien-
cia nostra arguitur quod ad modicum uerbum concitatur
et de facili non placatur. De exemplis ho-
Sed quarto hominum minum antiquorum: .Lvj.
exempla maiorum sunt predictis adden-
da ut quos non mouent celestia non
naturalia inferiorum facta non brutalia opera
saltem humana compellant exempla. Turpe est
enim et rei contrarium uult hoc uirtutis nobilis
non appareat in hominibus christianis que
sic resplenduit in paganis non intuitu diui-
ni amoris sed potius glorie temporalis. Nam quidam
fuit philosophi filius ut narrat Hyeronimus qui ex
precepto sui pedagogi ut iniurias posset au-
dire et sic paciencie assuescere tribus annis sibi
iniuriantibus precium dedit. Cuiusque paciencia iam
fundatus uenit athenas ubi philosophicum studium
erat. Sed ibi talis consuetudo erat quod aliqui
senes in porta sedebant qui omnes intrare vo-
lentes magnis iniuriis impetebant. Et quos
pacientes esse cernebant libere intrare sinebant
sed alios tamquam indignos philosophorum consorcio repelle-
bant. Cumque senex portam sedens iniuriis
multis iam dictum iuuenem inuasisset et ille
rideret nimiumque grauiter admiratus senex ad
iuuenem ait. Quid habes quod in tantis iniu-
riis rides. Cui iuuenis quia non ridere quod tribus